



## **Jus Canonicum Practice Explicatum**

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,  
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1728**

Decisio XXIII. De Præsentato ad Beneficium petente Institutionem ab  
Archidiacono.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

# TITULUS XXIII.

## De Officio Archidiaconi.

### DECISIO XXIII.

De præsentato ad beneficium, petente Institutionem ab Archidiacono.

#### SPECIES FACTI.

**C**hryfognus in quadam Germaniæ diœcesi præsentationem, quam obtinuit ad beneficium parochiale, obtulit Vicario Generali supplicans pro Institutione & missione in possessionem, sed quia Vicarius Generalis moras nexuit, ille harum petens Archidiaconum Cathedralis Ecclesiæ adiit, atque ab eo petit institutionem in beneficio, atque installari.

#### QUÆRITUR.

*An Institutio & installatio in beneficio rectè petatur ab Archidiacono?*

**Q**uid 'ni? reponit Chryfognus. Nunquid enim Archidiaconus in c. 1. h. t. appellatur *Vicarius Episcopi in omnibus*, & curam habere dicitur in Clero existente in Urbe, & in parochiis: Item dicitur *Vicarius natus, intitulatus, perpetuus*? Rursus in c. 7. eod. vocatur insuper *Major post Episcopum*, & *ejus oculus*. Speciatim verò eidem in c. 4. eod. ab ipso Jure & independentè à mandato speciali Episcopi conceditur potestas mittere

di in possessionem beneficiorum. Et c. 7. cit. dicitur ad ipsum pertinere corporalem institutionem pro beneficiis, & dignitatibus, item examinare promovendos ad ordines & beneficia, & installare decanos rurales.

Sed vehementer deceptus est Chryfognus, nec parùm hallucinatus tam in Jure scripto quàm in Consuetudinario. In Jure scripto quidem, quia non distinguit inter institutionem collativam seu verbalem, qua confertur præsen-



presentato jus reale & titulus in beneficio, ac inter corporalem, seu installationem, aut missionem in possessionem. Illa prior expressè negatur Archidiacono in c. 4. b. t. (quod perperam pro se allegavit) ubi Alexander III. rescribit, *Archidiaconum nemini sine licentia & mandato Episcopi debere curam animarum committere*, quod fit per institutionem collativam in beneficio parochiali. Posterior competit quidem Archidiacono regulariter de Jure Scripto, & quando beneficium non est litigiosum: at non de Jure Consuetudinario, vi cujus ad Episcopos, & horum Vicarios, maxime Generales id pertinet, saltem in nostra Germania, speciatim in dioecesi Chryflogoni; unde & impegit

contra *Jus Consuetudinarium*, ex quo scire debuisset, in Germania permultis dioecesibus Archidiaconatum ferè dignitatem duntaxat & quoad nomen permanfisse, jurisdictionem verò Archidiaconi (excepto fortassis aliquo certo districtu, quod ex usu dioecesis dependet) mediante praxi in Officiale seu Vicarium Generalem fuisse translata. Atque ex his sine labore deduces, quid respondendum sit ad textus, quos pro se allegavit Chryflogonus, utpote qui Archidiacono non institutionem collativam, sed tantum corporalem (quam tamen ei iterum eripuit consuetudo) tribuerunt. Nec Archidiaconus attenta consuetudine remansit Vicarius Episcopi in effectu, & in jurisdictionalibus.



## TITULUS XXIV.

### De Officio Archipresbyteri.

#### DECISIO XXIV.

De Decano Rurali Parochos sui Capituli punire volente.

#### SPECIES FACTI.

Rurale Capitulum E. cum paucis abhinc annis sua consueta celebraret Comitia, durante convivio ex parochis duo post acerbiores iocos

jurgare & altercari cœperunt, jactis in se mutuo contumeliosis verbis cum magna festiva hilaritatis perturbatione, nec sine notabili presentium offensa.

Q<sup>2</sup>

Unde